

SCHOLA CANTORUM SANCTI GEORGII



AVE MARIS STELLA

Ave maris stella,
Dei Mater alma
Atque semper virgo
Felix caeli porta
Sumens illud ave
Gabrielis ore
Funda nos in pace
Mutans Evae nomen
Solve vincla reis
Profer lumen caecis
Mala nostra pelle
Bona cuncta posce
Monstra te esse matrem
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus
Virgo singularis
Inter omnes mitis
Nos culpis solutos
Mites fac et castos
Vitam praesta puram
Iter para tutum
Ut videntes Jesum
Semper collaetemur
Sit laus Deo Patri
Summo Christo decus
Spiritus sancto
Tribus honor unus

Ave, stella del mare
Eccelsa madre di Dio
E sempre Vergine,
Felice porta del cielo
Accogliendo quell'"Ave"
dalla bocca di Gabriele,
donaci la pace,
mutando la fama di Eva.
Sciogli i vincoli per i rei,
dà luce ai ciechi,
scaccia i nostri mali,
dacci ogni bene.
Mostrati Madre di tutti,
offri la nostra preghiera,
Cristo l'accolga benigno,
lui che si è fatto tuo Figlio.
Vergine santa fra tutte,
dolce regina del cielo,
rendi innocenti i tuoi figli,
umili e puri di cuore.
Donaci giorni di pace,
veglia sul nostro cammino,
fa' che vediamo il tuo Figlio,
pieni di gioia nel cielo.
Sia lode a Dio Padre,
gloria al Cristo Signore,
e allo Spirito Santo
unico onore alla Santa Trinità.

Amen.

Amen.

INVOCABIT ME

Invocabit me et ego exaudiam eum
eripiam eum et glorificabo eum
longitudine dierum adimplebo eum.
- Qui habitat in adiutorio Altissimi
in protectione Dei caeli commorabitur

Mi invocherà e io lo esaudirò:
lo libererò e lo glorificherò.
Lo sazierò con una lunga durata di giorni
- Colui che abita nell'aiuto dell'Altissimo,
dimorerà nella protezione del Dio del cielo

PUER NATUS

Puer natus est nobis,
et filius datus est nobis :
cuius imperium super humerum eius :
et vocabitur nomen eius, magni consilii angelus.

Ci è nato un bambino
e ci è stato donato un figlio:
il suo dominio è sulle sue spalle:
angelo del gran consiglio.

Cantate Domino canticum novum :
quia mirabilia fecit.

Cantate al Signore un canto nuovo,
perché ha compiuto meraviglie.

O EMMANUEL

O Emmanuel,
Rex et legifer noster,
expectatio gentium,
et Salvator earum:
veni ad salvandum nos,
Domine, Deus noster.

O Emmanuele,
nostro re e legislatore,
speranza delle genti,
e loro Salvatore:
vieni a salvarci,
Signore, nostro Dio.

BEATA MATER

Beata Mater et intacta Virgo,
gloriosa regina mundi,
intercede pro nobis ad Dominum.

Madre beata e Vergine intemerata,
gloriosa regina del mondo,
intercedi per noi presso il Signore.

Magnificat

Magnificat anima mea Dominum,
et exultavit spiritus meus *in Deo salutari meo
quia respexit humilitatem ancillae suae, *
ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes
quia fecit mihi magna, qui potens est: *
et Sanctum nomen eius
et misericordia eius a progenie
in progenies *
timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo, *

L'anima mia magnifica il Signore *
e il mio spirito esulta in Dio, mio salvatore
perché ha guardato l'umiltà della sua serva
D'ora in poi tutte le generazioni
mi chiameranno beata
Grandi cose ha fatto in me l'Onnipotente
e Santo è il suo nome:
di generazione in generazione
la sua misericordia
si stende su quelli che lo temono.
Ha spiegato la potenza del suo braccio,

dispersit superbos mente cordis sui,

deposuit potentes de sede, *

et exaltavit humiles;

esurientes implevit bonis, *

et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel, puerum suum, *

recordatus misericordiae suae,

sicut locutus est ad patres nostros, *

Abraham et semini eius in saecula.

Gloria Patri et Filio *

et Spiritui Sancto

sicut erat in principio et nunc et semper *

et in saecula saeculorum. Amen.

ha disperso i superbi nei pensieri

del loro cuore;

ha rovesciato i potenti dai troni, *

ha innalzato gli umili;

ha ricolmato di beni gli affamati, *

ha rimandato i ricchi a mani vuote.

Ha soccorso Israele, suo servo, *

ricordandosi della sua misericordia,

come aveva promesso ai nostri padri, *

ad Abramo e alla sua discendenza, per sempre.

Gloria al Padre e al Figlio *

e allo Spirito Santo.

Come era nel principio, e ora e sempre

nei secoli dei secoli. Amen

CANTATE DOMINO

Cantate Domino canticum novum,

cantate omnis terra alleluia.

Laetentur coeli et exultet terra,

commoveantur omnia quae creavit Deus.

Cantate al Signore un canto nuovo,

cantate al Signore da tutta la terra.

Gioiscano i cieli ed esulti la terra,

si rallegriano tutte le creature che Dio ha creato.

JESU, DULCIS MEMORIA

Iesu dulcis memoria

Dans vera cordis gaudia

Sed super mel et omnia

Eius dulcis praesentia.

O Gesù, ricordo di dolcezza

Sorgente di forza vera al cuore

Ma sopra ogni dolcezza

Dolcezza è la Sua Presenza.

Nil canitur suavius

Nil auditur iucundius

Nil cogitatur dulcius

Quam Jesus Dei Filius.

Nulla si canta di più soave

Nulla si ode di più giocondo

Nulla di più dolce si pensa

Che Gesù, Figlio di Dio.

Iesu, spes paenitentibus

Quam pius es petentibus

Quam bonus Te quaerentibus

Sed quid invenientibus?

Gesù, speranza di chi ritorna al bene

Quanto sei pietoso verso chi Ti desidera

Quanto sei buono verso chi ti cerca

Ma che sarai per chi ti trova?

Iesu dulcedo cordium

Fons vivus lumen mentium

Excedens omne gaudium

Et omne desiderium.

Gesù, dolcezza del cuore

Fonte viva, luce della mente

Al di là di qualsiasi gioia

E qualsiasi desiderio.

Nec lingua valet dicere

Nec littera exprimere

Expertus potest credere

Quid sit Iesum diligere.

La bocca non sa dire

La parola non sa esprimere

Solo chi lo prova può credere

Ciò che sia amare Gesù.

Iesu Rex admirabilis
Et triumphator nobilis
Dulcedo ineffabilis
Totus desiderabilis.

Mane nobiscum Domine
Et nos illustra lumine
Pulsa mentis caligine
Mundum reple dulcedine.

Quando cor nostrum visitas
Tunc lucet ei veritas
Mundi vilescit vanitas
Et intus fervet Caritas.

Iesum omnes agnoscite
Amorem eius poscite
Iesum ardentem quaerite
Quaerendo in ardescite.

Iesu flos matris Virginis
Amor nostrae dulcedinis
Tibi laus honor nominis
Regnum beatitudinis.

Iesu summa benignitas
Mira cordis iucunditas
Incomprehensa bonitas
Tua me stringit Caritas.

Iam quod quaesivi video
Quod concupivi teneo
Amore Iesu languo
Et corde totus ardeo.

O Iesu mi dulcissime
Spes suspirantis animae
Te quaerunt piaae lacrymae
Et clamor mentis intimae.

Sis, Iesu, nostrum gaudium,
Qui es futurus praemium:
Sit nostra in te gloria
Per cuncta semper saecula.
Amen.

Gesù Re ammirabile
E nobile trionfatore,
Dolcezza ineffabile,
Totalmente desiderabile!

Rimani con noi Signore
E illuminaci con la Tua luce,
Dissipa l'oscurità della mente;
Reso puro, riempimi di dolcezza!

Quando visiti il nostro cuore,
Allora brilla su di esso la verità,
Perde valore la vanità del mondo
E dentro arde la Carità.

Riconoscete tutti Gesù,
Chiedete il Suo amore,
Cercate ardentemente Gesù,
Infiammatevi nel cercarLo!

Gesù fiore di Madre Vergine,
Amore della nostra dolcezza:
A Te la lode e l'onore della potenza
E il Regno della beatitudine.

Gesù, suprema bontà,
Gioia straordinaria del cuore,
E insieme tenera benevolenza:
La Tua Carità mi strugge.

Vedo già ciò che ho cercato
Possiedo ciò che ho desiderato;
Languo d'amore, Gesù,
E ardo tutto in cuore.

O Gesù mio dolcissimo
Speranza dell'anima che sospira
Ti cercano le lacrime pietose
E il grido del profondo dell'animo.

Sii, o Gesù, la nostra gioia,
Tu che sarai l'eterno premio;
In te sia la nostra gloria
Per ogni tempo.
Amen.